



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 21. Iratus Furiæ similis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

PARS QUARTA.

XXI.
IRATVS
FVRIAE
SIMILIS.
Catull.
de nupt.
Pelei &
Thet.



NON inscitè veteres finxerunt tres
Furias, tortis anguibus, crinium
loco, incinctas,

*Eumenides, quibus anguineo redimita capilla
Frons expirantis praeportat pectoris iras.*

siquidem è crinibus, de cauda equina, aut cae-
sarie anus abruptis, vel lapsis, aiunt, angues,
aut anguillas nasci, si in aquam stagnantem
inijciantur, ac sub limo putrescentes intume-
scent. Sed multò veriùs hæc moribus accõ-
modantur. Quippe, etiam in diuinis litteris,
capilli significant hominum cogitationes,
quæ iratæ si persistant, in serpentes degene-
rant, & virulenta consilia solent generare.
Eiuscemodi consilia ostendimus, in exemplis
satis truculentis, in quibus vtrique facem san-
guine madefactam, fluidoque cruore ruben-
tem pallam gestat Erinnyis, quam

Quid. l. 4.
Metam.

luctus comitatur euntem,

Herodot. in Thalia. *Et paor, & terror, trepidoq, insania vultu.*
Sunt enim irâ flagrantés terribiles; vulnera
& mortes ferunt, & in totas sæpe familias,
immo in suam gentē luctū inferunt. Quem-
admodū Cambyses fertur furijs incensus vni-
uersam prope familiã deleuisse. Qua de caus-
sa me-

ſa metuuntur. Sed metuuntur ab ijs, qui in Chriſti ſchola nondum didicerunt vitam contemnere. Chriſtus aliter docuit, cum dixit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs time- te eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam.* Certè multò æquius eſt, hunc timere; qui utique eſt Deus iuſtiſſimè eos ap- plaudens in Acherontem, qui illum non ti- ment. Suprema hæc eſt poteſtas, neque com- petit, niſi ſupremo iudici, ſoli, de jure, ter- ribili & metuendo.

Matth.
10. 28.

Affectant tamen eam poteſtatem, quos ira facit inſanos. Nam ita nonnulli odijs exar- deſcunt, ut, contra jus & fas, tentent, eor- um, quos occiſſimos volunt, & animam, & corpus perdere in gehennam: neque ten- tent tantùm, verùm etiam reiſa faciant. An non hi meritò timendi, fugiendi, execerandi? Si enim *melius eſt habitare, in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda,* quis eum non declinet, qui non verba tantùm in- gerit, nec rixas modò commouet, ut mulier, ſed etiam necem meditatur; & quidem ita meditatur, ut non ſit contentus occidere cor- pus, niſi vnà & animam perdat in gehennam? *Quantæ iræ vindicta eſt, in homine, hominẽ eiudem*

XVII.
IRATVS
ETIAM
ANIMAE
ALTERVS
EXITIVM
STRVIT.
Prou. 24.
19.